mittit ¶ Dicendum ergo quod originalis culpe transfusionis non
est adeo nota conditio sed ductus primi hominis peccato et
hoc est quod ait Aug(ustinus). quod peccatum originale non transmittit
ad posteros propagatione per libidinem sicut enim conditus est homo
ut spiritus preesset corpori et corpus subesset spiritui quamdiu ille
obediret suo conditori et econverso si spiritus non obediret deo iusto
iudicio corpus incipit ei rebellare Sicut igitur si Adam per-
stitisset corpus suum ei obediens esset et tale ad posteros trans-
mitteret sic Adam quia peccavit et caro eius facta est ei
rebellis oportuit quod tale ad posteros transmitteret et quod deus
secundum institutionem primariam eidem corpori animam infunderet ex quo hoc
patet quod pater est causa peccati originalis in filio sed causam huius in-
telligas in genere cause efficientis ¶ Cum per concupiscentiam
nati nascimur filii ire propter quod incurrimus defectum multiplicem
tam corporis quam anime ad quos subsequitur pena mortis et pena
carentie divine visionis et amissionis glorie celestis non
solum in adultis verum etiam in parvulis non baptizatis qui pe-
na mitissima inter ceteros puniuntur quia sola pena dam-
ni sunt sine pena sensus ¶ Originale peccatum sic curatur
per baptismum in parente quod nichilominus ab eo qui curatus
est transmittitur in prolem peccatum originale Sicut videmus cir-
cumcisus generat filium cum preputio et granum nudum semina-
tum procreat granum cum palea et hoc est ideo quia homo generat non
secundum quod curatus est in mente sed secundum quod corruptus est in m-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII78/0160
gefördert durch Baden-Württemberg